



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

**LVCAM.** **FO: LXII.**

querentes eū. Et accidit post triduū, inuenierūt illū in templo se-  
dente in medio doctorū, audientē illos, & interrogantē eos. Stu-  
pebant autē oēs, qui eū audiebant, super intelligentia & responsis  
eius, & viso eo admirati sunt. Et dixit mater eius ad illū: Fili, cur  
fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus  
te. Et ait ad illos: Quid est quod quærebatis me? An nescieba-  
tis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et illi non  
intellexerunt sermonē, quē locutus est ipsis. Et descendit cū eis,  
venitq; Nazareth, eratq; subditus illis. Mater autē eius cōseruabat  
oīa verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætas  
& gratia apud deum atq; homines.

**CAPVT. III.**

Nno autem decimoquinto imperij Tiberij cæsaris,  
Pontio Pilato præside Iudeæ, tetrarcha vero Galis  
læ & Herode, Philippo autē fratre eius tetracha Ituræ  
& trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetracha, sub pon-  
tificibus Anna & Caiapha, factum est verbum dñi super Ioan-  
nem Zachariæ filiū i deserto. Et venit in omnē regionē finitima  
Iordani, prædicans baptismū pœnitentiae in remissionē peccato-  
rū, sicut scriptū est in libro sermonū Hesaiæ prophetæ dicentis:  
Vox clamantis in deserto, parate viā dñi, rectas facite semitas ei⁹  
Omnis vallis implebit, & oīs mons & collis humiliabit. Et fi-  
ent quæ obliqua sunt, directa, & aspera (vertent) in vias planas &  
videbit om̄is caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas, quæ exi-  
bant ut baptizarentur ab ipso. Progenies viperarum, quis sub-

N Ȑ

SECVNDVM. DVI

monstrauit vobis ut fuderetis a ventura ira? Facite ergo fructus  
dignos pœnitentiae, & ne cœperitis dicere intra vosipso, pa/  
trem habemus Abraham. Dico enim vobis, potens est deus de la/  
pidibus istis suscitare filios ipsi Abrahe. Iam vero & securis ad  
radicē arborū posita est. Omnis ergo arbor, non faciens fructum  
bonū, excidiē, & in ignē coniçit. Et interrogabant eum turbæ, di/  
cētes: Quid ergo faciem⁹? Respondens aut̄ dicit illis: Qui habet  
duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet escas, si fieri fa/  
ciat. Venerunt aut̄ & publicani, ut baptizarent, & dixerunt ad il/  
lū: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Ne qd ampli/  
us quā qd constitutū est vobis, exigatis. Interrogabant aut̄ eum  
& milites, dicētes: Et nos qd faciem⁹? Et ait illis: Ne quē cōcutia/  
tis, ne quē calūniemini, & cōtentī estote stipendijs vestris. Expe/  
stante aut̄ populo, & cogitantibus oībus in cordibus suis de Io/  
anne, num ipse esset ille Christus? Respōdit Ioannes, dicens vni/  
uersis: Ego qdē aqua baptizo vos: sed veniet fortior me, cui⁹ nō  
sum dignus soluere corrigā calciamētorum, ipse vos baptiza/  
bit spiritu sancto & igni, cui⁹ ventilabrum in manu ipsius, & put/  
gabit aream suam, & congregabit triticum in horriū suū,  
paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem &  
alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem tetric/  
cha, cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui,  
deq; omnibus malis, quæ faciebat Herodes, adiecit & hoc sus/  
per omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. Factum est autem  
cum baptizaretur omnis populis, ut & Iesu baptizato & oran/

**LV CAM.** **FO** **LXIII.**

te appetum sit cœlum, ac descendit spiritus sanctus corporali spe-  
cie quasi columba in ipsum, & vox de cœlo facta est, quæ diceret:  
Tu es filius ille meus dilectus, in te cōplacitum est mihi. Et ipse  
Iesus incipiebat esse ferme annorum trīginta, ut putabatur, fili-  
us Ioseph, qui fuit filius Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui  
fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matathia, qui  
fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hessli, qui fuit Naggæ,  
qui fuit Maath, qui fuit Matathia, qui fuit Semei, qui fuit Ios-  
sech, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zos-  
robabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit  
Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helimadam, qui fuit Her, qui fuit  
Ieso, qui fuit Heliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Matha, qui fuit Le-  
ui, qui fuit Simeo, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionam,  
q̄ fuit Heliachim, q̄ fuit Meleam, q̄ fuit Menā, q̄ fuit Mathatha,  
q̄ fuit Nathā, q̄ fuit Dauid, q̄ fuit Iesse, q̄ fuit Obed, q̄ fuit Booz,  
q̄ fuit Salmō, qui fuit Naasson, q̄ fuit Aminadab, q̄ fuit Aram,  
qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iude, qui fuit Iacob, qui  
fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharræ, qui fuit Nachor, qui  
fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui  
fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, q̄ fuit  
Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch, qui fu-  
it Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui  
fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei.

**CAPVT.** **III.**

i   Elsus aut̄ plenus spū sancto, regressus est a iordanē, &  
N ij